



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Hyperdvlia Mariana**

**Berchmans, Johannes  
Canisius, Jacobus**

**München, 1636**

XXVII. [i.e. XXVIII.] Hyperduliae species, Ad B. Virginem in ariditatibus ac desolationibus spiritualibus confugere pro remedio.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)



morum, famæq; inopiam, temporis incerturam, tristem metanæam? nequaquam, sed nominis æterni lauream lætissimam, inuictam nobilissimæ victoriæ palmam & secundum hanc Triumphum gloriæ non in arce Tarpeia, non in Romano Capitolio finiendum sed (vbi spes) in arce stellatâ, cælestique curia semper duraturum.

## X X V I I I.

## HYPERDVLIÆ SPECIES.

Ad B. V. in ariditatibus & desolationibus spiritualibus confugere.

## §. I.

**M**ellilega apis, cum siti aret, vel ad melliginem, quæ cælo depluerit amat, libandam; vel ad antelucanum defæcatumque rorem hauriendum, alio uero erumpit; vel ad florum calyculos

ma.



matutino nectare irroratos, exugendos, leuandamque sitim properat. Ceruus etiam sitibundus ad limpidos aquarum fontes festinat. Aridus denique infans, matris vberibus inhiat, quæ si differantur, suspirat, vagit, eiulat, dum sitim niueo dulcique vberis nutritij alueo expleat. Similiter Berchmannus, quamuis tot diuinitus cumlatus delitijs, tot à Virgine beatissimâ recreatus voluptatibus, subinde tamen haud exiguâ spiritus siccitate aridus, desolatus, omnique mentis luce nudus destituebatur. Non ea re tamen aut demittebat animum, aut orandi, suue ad virtutem exercendi constantiam remittebat, sed perseuerabat infractus, mentemque sacris concitabat carminibus feruentibus Deum Deiparamque interpellans clamoribus: Redde mihi læticiam salutaris tui: Emitte lucem tuam, & Veritatem tuam. Et certè quâuis Berchmannus continuo diuinorū vberū pastu lacteq, assuefactus,

acer-



acerbissimum haberet huiusmodi ariditatis differtionisque sensum ( vt non nemo summa eius commiseratione commoueretur, quoties suum illum statum dolenter ei explicabat ) in maximis tamen hisce siccitatibus, summa semper potitus est animi pace, ac tranquillitate, nullo vnquam eius voto dissentiente cum diuinæ voluntatis nutu. Sic enim dicebat. In desolationibus magnam sensi quietem animi.

Verum enimvero quid nam Berchmannus adeo, aridus, sitibundus, omni solatio, spiritalique luce destitutus egit? vt hanc siccitatem suam leuauit? Nunquid non mellilegæ & argumentosa volucris instar ad cælestem melligenam libandam conuolauit; Nunquid non ad antelucanum, defæcatumq; Marianum rorem hauriendum suæ spiritali solitudinis alueo erupit? Nunquid non ad illius floris, qui dixit: Ego flos campi; Calyculum matutino nectare irroratum, exugendum, sitimque suam le-

uan-



mandam properavit? Nunquid non ad instar cerui sitientis ad limpidos aquarum fontes festinavit? Nunquid non uti B. MARIAE filius in ariditate sua spiritali, maternis vberibus inhiauit? Profecto, hinc dicere solitus est necessarium cuilibet esse certum aliquem per fugij locum, quo velut in asylum se reciperet, subitis aduersisque rebus; nullum autem tutiorem esse sinu & pallio Reginae caelorum.

Rogatus igitur quibus aduersus ariditates animi vteretur remedijs; respondit: orare, occupare me; patientia, sinus & gremium B. Virginis.

§. I I.

*Premium Hyperdulcia*

Fuit, quod à B. Virgine (de qua dicitur à Catholica Ecclesia: Speciosa facta es, & suavis in delitiis tuis sancta DEI genitrix) tam liquidis caelestium consolationum voluptatibus pastus sit, ut planè quiuis intelligeret eum Magnae Matris sinu, delitijsque foueri & caelestibus



bus Angelorum Reginae vberibus recreari. Enimvero subinde eo habitu apparebat, ut Deo plenus esse non obscure videretur.

## X X I X.

## HYPERDVLIÆ SPECIES.

Recitare quot diebus orationem Congregationis, cuius initium est: Sancta MARIA Mater DEI & Virgo &c.

## §. I.

**I**Nter alias urbaniores, civiliores, elegantiores politioris aulae caeremonias, & officiosiores loquendi formulas, illa suavissima, elegantissima, modestissima, officiosissima, amænissima, gratissima, & ad demerendos hominum animos aptissima est, quâ quis se non tantummodò amicis in obsequium, sed etiam in seruitium alacriter offert. Sic apud plerâsque nationes, cum quis aliquid